

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina m (1)
cum fonte primo

Magna elemosina
que ardentium criminum globos beniuolencie sue fonte refrigerat,
et irriguo largitatis obruit incendia delictorum.

Ambrosius in quodam sermone.

Magna ergo est elemosina,
quae ardentium criminum globos beneuolentiae suae fonte refrigerat,
et quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum,
ut quamuis offensus deus quamuis criminibus prouocatus cogatur
liberare elemosinis quem disposuerat punire peccatis.

Maximus Taurinensis, *Collectio sermonum antiqua (extra.)*, 61.2
(CCSL 23, A. Mutzenbecher ed., p.244, ll.23-27).